

COMPITI ESTIVI LATINO I F

PER CHI HA L'ESAME :

- RIPASSARE O STUDIARE L'INTERO PROGRAMMA
- TRADURRE LE VERSIONI CONTENUTE NEL PERCORSO 13 PIU' QUELLE DI RICAPITOLAZIONE DELLO STESSO PERCORSO
- TRADURRE LE SEGUENTI VERSIONI

PER TUTTI : TRADURRE LE SEGUENTI VERSIONI

1. PROSERPINA

Olim Proserpina, Demetrae filia, cum aliis puellis violas in Aetnae agris legebat. Inferorum deus eam videns quadrigis e terra adventavit et in regnum suum raptavit. Demetra, arborum dea, terras taedis lustrans, filiam quaeritabat; ubi cognovit eius domicilium, deorum dominum oravit ut Proserpinam restitueret. Sic puella dimidiam partem anni in terris exigit: tum horti et agri florent; dimidiam partem in Inferorum tenebris: tum natura flet et frumentum in glebis latet.

2. IL CERVO PRESSO LA FONTE

Cervus qui aestivo die sitit, planitiem peragrat et sub quercubus fontem frigidum invenit. Dum sitim copiosa aqua placat, miratur in lacu alta cornua sed crura gracilia vituperat. Repente venatorum strepitus audit et canum latratus eum terrent. Animal celeri cursu fugit sed in silva cornua propter arborum ramos fugam impediunt et canes cervi corpus lacerant. Tunc infelix animadvertit stultiam suam.

3. LUCIO EMILIO PAOLO ACCOGLIE UN AUSPICIO FAVOREVOLE

Perseus Macedoniae rex, bellum acre contra romanos renoverat. L.Aemilius Paulus, filius consulis qui apud Cannas strenue pugnaverat, profecturus erat contra eum. Olim domi suae parvam filiam tristem invenit et quaesivit: "Cur tristis est?" Ea respondit: "Persa decessit". Persa erat canis consulis. L.Aemilius laetus omen accepit; cum Perseoterribili hoste dimicavit et omnes eius milites fugavit. Rex in templum fugit sed Romani eum ceperunt et Romam duxerunt. Multi cives concurrerunt ad locum ubi magnum et clarum regem captivum viderunt.

4. LA PANTERA E I PASTORI

Panthera imprudens in foveam decidit. Agrestes eam viderunt; alii fustes congesserunt, alii saxis oneraverunt, quidam contra panem miserunt ut spiritum sustineret. Venit nox; pastores securi domum contenderunt. At panthera quae vires languidas refecerat, veloci saltu fovea se liberavit et in cubile concito gradu properavit. Post paucos dies ea pecis trucidavit, ipsos pastores necavit et cuncta vastans, irato impetu saeviit. Tum qui feram adjuverant, sibi timentes, pro vita rogabant. At illa: "Recordor vos qui panem mihi dedistis; nolite timere, non necabo beneficiorum aucores".

5. IL GALLO E LA VOLPE

Gallus et canis olim idem iter agebant. Nox adventavit; gallus arborem inscendit, canis autem ad radices arboris accubuit. Mane gallus excitatus e somno cantavit; statim vulpes famelica ad eum accurrit atque dixit: "Cantus tuus maxime me delectat.

Cur, amice, ab arbore non descendis? Libenter vocem tuam audiam”. Sed gallus, insidias vulpis timens, haec verba respondit: “Amice, excita prius ianitorem qui ad radices huius arboris dormit; tum descendam”. Vulpes magna voce clamavit:”Surge, ianitor! Domum aperi!”. Sed canis excitatus statim vulpem petivit et morsibus dilaceravit.

6. GLI UOMINI DELLA PREISTORIA

Antiquissimis temporibus homines in nemoribus vel in regionibus palustris vitam miserrimam inter omnium periculorum genera debebant. Si enim ferae, quae tunc omnia loca infestabant, repente adventabant, miseri nullam defensionem, praeter fugam, habebant. Hiemali tempore, ubi omnia nive pruinaque obruta erant, campestris loca relinquebant et in cavernas confugiebant ut asperrima frigora vitarent. Nondum oppida celebria, sicut nostris temporibus, erant, sed case squalidae, frondibus factae, in regionibus silvestribus, ubi homines glandes in nemoribus vel silvestre mel quaerebant ut famem sustentarent. Breve erat vitae spatium mortalibus et saepe dulcium infantium immatura mors miseros parentes contristabat.

7. LA BATTAGLIA DI FILIPPI

Caesar Octavianus cum Antonio pacem fecit et quasi vindicaturus patris sui mortem, a quo per testamentum fuerat adoptatus, Romam ivit. Senatum proscripsit cum Antonio et Lepido et rem publicam armis tenuit. Hac re etiam Cicero orator occisus est multique alii nobiles. Interea Brutus et Cassius interfectores Caesaris ingens bellum moverunt. Profecti sunt (=partirono) ad Macedoniam contra eos Caesar Octavianus et M. Antonius (in Italia remanserunt Lepidus). Apud Philippos, Macedoniae urbem, contra eos pugnaverunt. Primo proelio victi sunt Antonius et Caesar, periiit tamen dux nobilitatis Cassius, secundo proelio Brutum interfecerunt. Ac res publica inter eos divisa est.

8. TARPEA

Sabini qui Romam obsidebant in patriam redire cupiebant quia urbs a militibus acerrime defendebatur. Sed a Tarpeia Capitolii custodis filia arcis portae Sabinis aperta sunt. Nam eorum rex Titus Tatius puellae promiserat eas res quibus brachia laeva hostium ornabantur. Sabini aureas armillas et gemmatos anulos habebant sed in manibus sinistris gestabant etiam scuta quibus puella, praemii spe mota, obruta et necata est.

9. IL LEONE RICONOSCENTE

Leo errans per silvas forte spinam calcavit et magno dolore affectus ad pastorem caudam movens venit ut auxilium peteret: “Amice, ne fugeris - inquit =disse – tuum auxilium imploro, escam non quaero”. Statimque sublatum pedem in gremio hominis posuit. Postquam pastor spinam pede exemit, leo laetus in silvas rediit. Longo temporis intervallo pastor, falso incusatus, immerito condemnatus est. Ludis circensibus, coram populo et rege miser pastor cum aliis hominibus, ad bestias condemnatis, in harenam emissus, leonibus pantherisque proiectus est. Dum ferae passim discurrent, leo, qui pridem sanatus erat, agnovit pastorem et rursus in eius gremio pedem posuit. Cum rex rem cognovit, et leoni pepercit et mansuetum pastorem dimisit. Fabella monet ne homines praeteritorum beneficiorum immemores sint.

10. A CORINTO VIENE PROCLAMATA LA LIBERTA' DELLA GRECIA

Postquam T. Quintus Flaminus consul Macedones vicerat, omnes civitates Graeciae Corinthum convenerunt ut ludorum Isthmicorum participes essent. Ubi omnes in theatro consederunt, praeco cum tibicine in mediam scaenam processit et

ludos solemniter indixit. Haec praeconis verba fuerunt:” Senatus populusque Romanus, post victoriam in Macedones, imperant ut universae Graeciae civitates liberae sint et leges suas teneant in aeternum”.His verbis, incredibilibus fere, magnum fuit gaudium et universi viri praeconem invitaverunt ut verba iterum pronuntiaret.

11. POMPONIO ATTICO

Pomponius Atticus patrem habuit tam diligentem et litterarum studiosum ut omnibus doctrinis, quibus aetas puerilis erudiri debet, filium erudiverit. Erat in puero tanta docilitas ingenii ut non solum celeriter acciperet quae ei tradebantur, sed etiam excellenter pronuntiaret. Pater eius mature decessit. Postquam vidit civitatem totam civilibus bellis perturbatam et animos dissociatos inter Cinnam et Sullam, ne alterutram partem offenderet, Athenas se contulit. Non poterat enim in patria sua vivere sine offensione et illa urbs idonea erat ad disciplinam artium ingenuarum. Athenis ita vixit ut universis illius urbis civibus esset carus. Nam prater gratiam, quae in adolescentulo magna erat, saepe suis opibus inopiam multorum levavit et ita se gessit ut communis infimis, par principibus esset. Accidit ut ei Athenienses honores deferrent et eum suum civem facere studerent.

12. CHI FA DA SE' FA PER TRE

Quoniam messis matura erat et tempus metendi(=di mietere) iam appetebat, agricola filium ad amicos misit et ei dixit: “Roga ut veniant nos adiuturi. Cras metere constitui”. Postridie pater filiusque domi manserunt et usque ad vesperum amicorum adventum frustra exspectaverunt; denique agricola filio dixit: “Fortasse amici negotiis suis impediti sunt. Arcessamus igitur cognatos ut cras, prima luce, in auxilium veniant”. Postero die agricola:” Exspectemus - inquit (=disse) – donec cognati veniant!”. Totum diem exspectaverunt, sed cognati non venerunt. Itaque tertio die agricola exspectatione exacerbatus dixit:” Fili mi, nequiquam exspectavimus: nunc tempus agendi (= di agire) est. Censeo ut soli metere debeamus neque aut amicos aut cognatos exspectemus; equidem vires nostrae sufficient. Falcem acue! Videamus ne etiam nunc diem, frustra exspectando (=aspettando) teramus”.